


D. D. IOANNIS
DE AYLLON
LAYNEZ I.C.
VTRARIENSIS
ILLVSTRATIONES
SIVE
ADDITIONES
ERVDITISSIMÆ AD VARIAS
RESOLUTIONES ANTONII GOMEZII.

*Quibus non solum ipsius Gomezij doctrina nouum splendorem accipit, verumetiam difficillimæ
de TESTAMENTIS, CONTRACTIBVS & DELICTIS Quæstiones
doctissimis Scholiis enodantur & elucidantur.*

Nunc primùm Typis Lugdunensibus prodeunt, longè quàm antea purioribus & elegantioribus



LUGDVNI.
Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXVI.

CVM PRIVILEGIO REGIS,



EXCELLENTISSIMO
PRINCIPI

SANGVINIS ET VIRTUTVM MERITIS
CLARISSIMO HEROI,

Cui & à sapientia sua inest sapienti commendatio, in famæ æternaturam
laudem & nominis victuram semper celebritatem.

D. D. ANTONIO
IOANNI LVDOVICO
DE LA CERDA,
DVCI AVGVSTOBRIÆ
(VVLGO MEDINA CÆLI)
ET DE ALCALA,


MARCHIONI DE ALCALA DE COGOLLVDOS *Tartessia,*
seu de Tarifa ac Oppidi de la Laguna: Comiti Nobilissima Vrbis
Portus Mnesthei (nobis Puerto de S. Maria) & los Molares:
Archigrammateo siue Notariorum Principi & Presidi Guber-
natori (nostro nomine Adelantado) totius Baticæ: Edili Ma-
ximo Hispalensi, pro Hispalensis etiam tractu Dominatus:
COMMENDATARIO EQVITI DE LA MORALEIA *in*
Nobilissimo Equestri Ordine de Alcantara: Ad Oceani oras
& bellicas Baticæ copias Duci Generali profecto: Domino ac
Mecenati meo, S. P. D.



N tandem (Maxime Princeps) hoc ingenij, labo-
risque mei Opus Tibi sistitur benignam tui fauoris
auram captaturum, & à tui splendoris celsitudine sibi
spem patrociniij certissimam pollicetur: nec Te Patro-
num meum importunus cliens ambio, si enim (vt
summa ratione aiebat Aristot. *politic.* 3.) mentis nostræ
ædificium solidum prudentia, fortitudine, & iustitia sustinetur, iure
inde hoc Tibi debebat consecrari, cum his virtutibus nemo Tibi com-
parari valeat, & vt Seneca dicebat, *Pulchrum est eminere inter Illu-*



ADDITIONES AD VARIAS RESOLUTIONES GOMEZII.



AD CAPVT PRIMVM.

De hereditatibus qua ab intestato deferuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores de hac materia agentes referuntur, & de intellectu verbi, Ab intestato.
- 2 De definitione successione ab intestato.
- 3 Quid significet verbum succedere, & successio, quomodoque sit.
- 4 A quo iure successiones oriuntur, & qui iure filii debeantur.
- 5 Legitima ut in totum tolli seu minui pro parte possit, ubi ampliationes & limitationes aliqua adducuntur amittuntur videnda.
- 6 Testamentum quo iure introduitum.
- 7 Si filius, ergo haeres: Declaratur, & illud quod non est distinguendum, an sint filii, vel filia, in potestate, vel emancipati.
- 8 Ratificatio quo tempore facienda.
- 9 Quod filius in successione praesertim aui, licet ambo in primo gradu existant.
- 10 Quod pater, & filius una eademque persona, & caro reputantur in iure: ex quo aliqua inferuntur.
- 11 Filii reprobato pater pro eo respondere possit.
- 12 Merita & servituta parentum transeunt in filios.
- 13 Privilegium concessum ob merita patris, an transeat in filios.
- 14 Si status caveatur quod nullus habeat officium in civitate nisi habeat patrimonium certum librarum, an filius possit habere tale officium, licet non habeat centum libras, si pater illas habeat.
- 15 Pater conservatur in filio.
- 16 Filius pater vivente an possit vocari Dux, Comes, &c.
- 17 Ex praescripta identitate processit suavia in filio, transmissio hereditatis, & evocationis domus.
- 18 Agitur de l. 6. Tauri, & quod non admittitur

linea ascendenti nisi contra descendenti.

- 19 Postulatus quod gaudeat privilegio solatis.
- 20 De pater naturali, ubi de ex parte & vultu matris scilicet, & an debeantur legatum relictum matri si pepererit filios.
- 21 Remittitur hereditati paterna quod possit succedere posthumo, vel alteri filio seu haerediti qui acquisivit eandem hereditatem, ubi ampliatum, & ibi de hereditate collata alium.
- 22 Nepotes succedunt deficientibus filiis.
- 23 Nepos succedit si sit natus, vel conceptus vivo avo.
- 24 Rationes & exempla dicta conclusionis.
- 25 Limitationes dictae conclusionis.
- 26 Nepotes succedunt in stirpe, & non in capita; & ibi de questione patris & nepotis.
- 27 De representatione, & an in infinitum extendatur, & quid in subreptionibus.
- 28 In collata aliorum quomodo habeat locum representatio, & a quo iure procedat.
- 29 De representatione in maioribus. De successione collateralium, remissive.



In hoc primo capite agit notus Gomezius de prima linea, scilicet descendenti in materia successione, quam nimis vitem, passimque & frequenter versatam appellat Rojas

in epist. successione c. 1. n. 2 & que septem commentat, aliaque non eget commendatione, ut in alio proposito ait Vlpianus latic. in l. 1. ff. de in integr. restitue.

De materia huius capitis in sua generalitate agunt Doctores in l. 1. gradation, ff. unde cognati, & in vultu. de haeredit. ab intest. venientib. & aliis pluribus locis cumulatim per Spin. in spec. testam. glos. 1. princ. num. 1. eaque exornat latic. Couart. de success. ab intestat. per totum titulum, sub cap. fin. de testament. Menoch. de presump. lib. 1. quast. 46. num. 10 & 11 & lib. 4. presump. 27. Matheo in l. 1. tit. 8. lib. 1. Revopil. ubi glos. 3. explicat, quis dicatur decedere intestatus, & in l. 1. tit. 4. glos. 11. num. 1. Cancercius in suis variis, cap. de success. ab intestat. omnino videndus, Antonius Gabriel in sua comm. hoc titulo de